

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ

ΒΙΩΝ ΚΑΙ ΓΝΩΜΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ
ΕΥΔΟΚΙΜΗΣΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΕΚΑ
ΤΟ ΔΕΚΑΤΟΝ.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ.

DIOGENIS LAERTII

VITÆ ET PLACITA CLARORUM PHILOSO-
PHORUM DECEM LIBRIS COMPREHENSA.
LIBER DECIMUS.

EPICURUS.

Ἐπίκουρος Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης Ἀθηναῖος, ἱ
τῶν δῆμων Γαργήτιος, γένους τοῦ τῶν Φιλαιδῶν,
ὡς φησι Μητροδώρος ἐν τῷ περὶ εὐγενείας. τοῦτόν
φασι ἄλλοι τε καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπι-
τομῇ, κληρονομήσαντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον, ἐκεῖ
τραπῆναι, ὀκτωκαιδεκέτη δ' ἔλθειν εἰς Ἀθήνας, Ξενο-
κράτους μὲν ἐν Ἀκαδημίᾳ, Ἀριστοτέλους δ' ἐν Χαλκίδι
διατρίβοντας. τελευτήσαντος δ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μα-
κεδόνα καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων ὑπὸ Περδίκκου,
10 μετελθεῖν εἰς Κολοφῶνα πρὸς τὸν πατέρα· (2) χρόνον
δέ τινα διατρίψαντ' αὐτοὶ καὶ μαθητὰς ἀθροίσαντα
πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας ἐπ' Ἀναξικράτους, καὶ
μέχρι μὲν τινος κατ' ἐπιμιξίαν τοῖς ἄλλοις φιλοσοφεῖν,
ἔπειτ' ἰδίᾳ πως τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν αἴρῃσιν συ-
15 στήσασθαι. ἐφάσθαι τε φιλοσοφίας αὐτός φησιν ἐτη
γεγονώς τέτταρα καὶ δέκα· Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἐπι-
κούρειος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου φησὶν
ἔλθειν αὐτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν καταγόντα τῶν γραμ-
ματιστῶν, ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθησαν ἐρμηνεύσαι αὐτῶν τὰ
20 περὶ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ χάους. φησὶ δ' Ἐριμίππος
γραμματοδιδάσκαλον αὐτὸν γεγενῆσθαι, ἔπειτα μέντοι
περιτυχόντα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐπὶ φιλοσοφίαν
αἰεῖν· (3) διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ·

Ἦστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἐλθὼν
25 γραμματιδασκαλίδης ἀναγωγότατος ζῶντων.

Συνεπιλόφουον δ' αὐτῷ προτρεψαμένῳ καὶ οἱ ἀδελφοὶ
τρεῖς ὄντες, Νεοκλῆς, Χαιρέδημος, Ἀριστόβουλος,
καθὰ φησι Φιλόδημος ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς
τῶν φιλοσόφων συντάξεως· ἀλλὰ καὶ δοῦλος Μῦς ὄνομα,
30 καθὰ φησι Μυρωνιανὸς ἐν ὁμοίοις ἱστορικοῖς κεφαλαίοις.
Διότιμος δ' ὁ στωικὸς δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν πι-
κρότατα αὐτὸν διαβέβληκεν, ἐπιστολὰς φέρων πενή-
κοντα ἀσελγεῖς ὡς Ἐπικούρου, καὶ ὁ τὰ εἰς Χρῦσιππον
ἀναφερόμενα ἐπιστόλια ὡς Ἐπικούρου συντάξας· (4)
35 ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ Ποσειδώνιον τὸν στωικὸν καὶ Νικό-
λαος καὶ Σωτίων ἐν τοῖς δώδεκα τῶν ἐπιγραφομένων
Διοκλείων ἐλέγχων, ἃ ἔστι περὶ τοὺς εἰκοσιτέσσαρας,
καὶ Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασεύς. καὶ γὰρ σὺν τῇ μητρὶ
περιόντα αὐτὸν ἐς τὰ οἰκίδια καθαρμοὺς ἀναγινώσκειν
40 καὶ σὺν τῷ πατρὶ γράμματα διδάσκειν λυπρῶ τινος
μισθαρίου. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδελφῶν ἓνα προαγωγέειν
Λεοντίῳ τε συνεῖναι τῇ ἑταίρᾳ. τὰ δὲ Δημοκρίτου
περὶ τῶν ἀτόμων καὶ Ἀριστίππου περὶ τῆς ἡδονῆς ὡς

Epicurus Neoclis et Chærestratæ filius, patria Athenien-
sis, pago Gargettius, ex Philaidarum familia, ut Metro-
dorus in libro de Nobilitate refert. Hunc tum alii di-
cunt, tum inprimis Heraclides in Sotionis epitome, quum
Athenienses Samum colonos misissent, illic nutritum esse,
atque octavum et decimum agentem ætatis annum Athe-
nas concessisse, quo tempore Xenocrates in Academia,
Aristoteles vero Chalchide scholam habebant. Defuncto au-
tem Alexandro Macedonum rege, quum Athenienses a Per-
dicca subacti essent, Colophonem se ad patrem contulisse :
(2) ubi quum aliquamdiu commoratus esset congregassetque
discipulos, Athenas iterum rediisse archonte Anaxicrate,
ibique ad aliquod tempus cum ceteris in commune philoso-
phatum esse, deinde seorsum sectam a se vocatam constitui-
se. Decimo quarto vero ætatis anno philosophiæ dare operam
cœpisse ipse testis est : Apollodorus autem Epicureus in
primo de Vita Epicuri refert, illum ad philosophiam se con-
tulisse contemptu ludimagistorum, quod percontanti
quidnam esset apud Hesiodum chaos, exponere non potuis-
sent. Grammaticam vero illum docuisse primum ac de-
mum lectis Democriti libris philosophiæ dedisse operam
Hermippus auctor est : (3) atque ob id Timonem de illo
dicere :

Ultimus ex physicis et pessimu', cui Samus altrix,
grammaticæ doctor, hominumque rudissimu' longe.

Consociarunt autem se illi ad philosophandum ipso hortante
tres ipsius fratres, Neocles, Chæredemus et Aristobulus,
ut ait Philodemus Epicureus in decimo Compositionis phi-
losophorum; servus item illius Mus nomine, ut Myronianus
refert in Similibus historicis capitibus. Enimvero Dioti-
mus Stoicus infesto adversus illum animo acerrime illum
insectatus est, quinquaginta circumferens impudicas et
lascivas veluti ab Epicuro scriptas epistolas, et is qui Chry-
sippi quæ ferebantur epistolia ad Epicurum retulit; (4) Po-
sidonius item Stoicus et Nicolaus et Sotion in duodecimo
eorum quæ inscribuntur Dioclis argumenta, quæ sunt fere
numero viginti quattuor et Dionysius Halicarnasseus. Nam-
que una cum matre domos circuisse carmina piacularia
præeuntem literasque cum patre docuisse mercedis exi-
guæ stipe tradunt. Unum quoque e fratribus lenocinatum
esse ipsumque Leontio meretrici congredi solitum. De-
mocriti quoque de Atomis Aristippique de Voluptate libros

ἔδει λέγειν· μὴ εἶναι τε γνησίως ἄστον, ὡς Τιμοκράτης
 φησὶ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ Ἐπικούρου ἐφηβείας.
 Μίθραν τ' αἰσχροῦς κολακεῖν τὸν Λυσιμάχου διοικη-
 τήν, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς παιᾶνα καὶ ἀνακτα καλοῦντα·
 (5) ἀλλὰ καὶ Ἰδομενέα καὶ Ἡρόδοτον καὶ Τιμοκράτην,
 τοὺς ἔκπυσι· αὐτοῦ τὰ κρύφια ποιήσαντας, ἐγκωμιάζ-
 ζειν καὶ κολακεῖν αὐτὸ τοῦτο. ἐν τε ταῖς ἐπιστολαῖς
 πρὸς μὲν Λεόντιον· « Παιᾶν ἀναξ, φίλον Λεοντάριον,
 οἷου κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀναγνόντας σοῦ τὸ
 10 ἐπιστόλιον. » πρὸς δὲ Θεμισταν τῆν Λεοντέως γυναῖκα,
 « Οἶος, φησὶν, εἰμι ἐὰν μὴ ὑμέας πρὸς ἐμὲ ἀφίκησθε,
 αὐτὸς τρικύλιστος ὅποι ἂν ὑμεῖς καὶ Θεμιστα παρά-
 καλῆτε ὠθεῖσθαι. » πρὸς δὲ Πυθοκλέα ὄραϊον ὄντα,
 « Καθεδοῦμαι, φησί, προσδοκῶν τὴν ἡμερτὴν καὶ ἰσό-
 15 θεόν σου εἶσθον. » καὶ πάλιν πρὸς Θεμισταν γρά-
 φων, νομίζειν * αὐτῇ παραινεῖν, καθὰ φησὶ Θεόδωρος
 ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς Ἐπίκουρον. (6) καὶ ἄλλαις
 δὲ πολλαῖς ἐταίραις γράφειν καὶ μάλιστα Λεοντίῳ, ἧς
 καὶ Μητροδώρον ἐρασθῆναι. ἐν τε τῷ περὶ τέλους
 20 γράφειν οὕτως· « Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω τὰ γαθὸν
 ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ γυλιῶν ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι'
 ἀφροδισίων καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων καὶ τὰς διὰ μορ-
 φῶν. » ἐν τε τῇ πρὸς Πυθοκλέα ἐπιστολῇ γράφειν·
 « Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριε, φεῦγε τὸ ἀκάτιον ἀρά-
 25 μενος. » Ἐπικτητός τε κιναιδολόγον αὐτὸν καλεῖ καὶ
 τὰ μάλιστα λοιδορεῖ. καὶ μὴν καὶ Τιμοκράτης ἐν τοῖς
 ἐπιγραφομένοις Εὐφραντοῖς, ὁ Μητροδώρου μὲν ἀδελ-
 φός, μαθητὴς δ' αὐτοῦ, τῆς σχολῆς ἐκφοιτήσας φησὶν
 αὐτὸν δις τῆς ἡμέρας ἐμείν ἀπὸ τρυφῆς· ἑαυτὸν τε διη-
 30 γεῖται μόγις ἐκφυγεῖν ἰσχυσαί τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας
 φιλοσοφίας καὶ τὴν μυστικὴν ἐκείνην συνδιαγωγὴν. (7)
 τὸν τ' Ἐπίκουρον πολλὰ κατὰ τὸν λόγον ἠγνοηκέναι
 καὶ πολὺ μᾶλλον κατὰ τὸν βίον, τὸ τε σῶμα ἐλεινῶς
 διακεῖσθαι ὡς πολλῶν ἐτῶν μὴ δύνασθαι ἀπὸ τοῦ φο-
 35 ρεῖου διαναστῆναι· μὴν τ' ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς
 τὴν τράπεζαν. ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Λεόντιον ἐπιστολῇ
 γράφει καὶ ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μυτιλήνῃ φιλοσόφους·
 « συνεῖναι τ' αὐτῷ τε καὶ Μητροδώρῳ ἐταίρας καὶ ἄλλας,
 Μαρμάριον καὶ Ἡδεῖαν καὶ Ἐρώτιον καὶ Νικίδιον.
 40 καὶ ἐν ταῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα βίβλοις ταῖς περὶ φύ-
 σεως τὰ πλείστα ταῦτά λέγειν καὶ ἀντιγράφειν ἐν αὐ-
 ταῖς ἄλλοις τε καὶ Νausiphάνει τὰ πλείστα, καὶ αὐτῇ
 λέξει φάσκειν οὕτως· « Ἄλλ' εἴ τις ἄλλος εἶχε κάκεινος
 ὠδίνων τὴν ἀπὸ τοῦ στόματος καύχησιν τὴν σοφιστι-
 45 κήν καθάπερ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀνδραπόδων. » (8)
 καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς περὶ Νausi-
 φάνους λέγειν· « Ταῦτα ἤγαγεν αὐτὸν εἰς ἕκστασιν
 τοιαύτην ὥστε μοι λοιδορεῖσθαι καὶ ἀποκαλεῖν διδά-
 50 σκαλον. » πλεῦμόν τ' αὐτὸν ἐκάλεε καὶ ἀγράμματον
 καὶ ἀπατεῦνα καὶ πόρνον τοὺς τε περὶ Πλάτωνα Διονυ-
 σοκόλακας καὶ αὐτὸν Πλάτωνα χρυσοῦν καὶ Ἀριστοτέ-
 λην ἄστων, ὃν καταφαγόντα τὴν πατρῶαν οὐσίαν στρα-
 τεύεσθαι καὶ φαρμακοπωλεῖν· φορμοφόρον τε Πρωτα-
 γόραν καὶ γραφέα Δημοκρίτου καὶ ἐν κώμαις γράμ-

ut suos asseruisse : neque fuisse legitimum civem, ut Ti-
 mocrates ait et Herodotus in libro de Epicuri pubertate.
 Mithraeque Lysimachi dispensatori per epistolas foede adu-
 latum esse, Pæanem illum ac regem appellando ; (5) Ido-
 meneum itidem et Herodotum atque Timocratem, qui
 clara ipsius secreta reddiderant, laudare eisque ob hoc
 ipsum assentari : Atque in epistolis ad Leontium quidem
 in hunc modum : *O rex Apolto, cara Leontarium, quam
 nos tumultuoso plausu impleverunt, quum eas legere-
 mus, tuæ litterulæ!* Ad Themistam item Leontei uxorem,
*Promptus enim, inquit, paratusque ego sum, nisi vos ad
 me proficiscamini, multum ipse volutatus quocumque
 vos ac Themista me accersatis, propelli.* Ad Pythoclem
 vero formosum adolescentem, *Sedebo, inquit, amabilem
 tuum atque divinum ingressum operiens.* Rursumque
 ad Themistam scribens, sibi decretum esse * eam admonere,
 ut Theodorus in quarto adversus Epicurum libro ait. (6)
 Aliis item compluribus meretricibus scribit, et Leontio in-
 primis, quam et Metrodorus amat. Atque in libro de
 Finibus sic loquitur : *Nam equidem nihil habeo quod bo-
 num intelligam, si saporum voluptates et quæ ex ve-
 nereis constant et quæ auribus percipiuntur quæque
 ex formæ venustate nascuntur, auferam.* Scribit item
 in epistola ad Pythoclem : *Omnem autem disciplinam,
 o bone, expansis velis omnibus fuge.* Epictetus quoque
 ut lascivius loquentem sugillat maximisque probris inces-
 sit. Timocrates item in iis quæ inscribuntur de Lætitia,
 Metrodori frater ipsiusque discipulus, ejus relicta schola
 bis illum diebus singulis vomere ex nimis deliciis solitum
 refert, seque ipsum narrat vix effugere potuisse nocturnas
 illas philosophandi consuetudines mysticumque vitæ insti-
 tutum. (7) Epicurum quoque multa in philosophia igno-
 rasse atque in vita longe plura, corporeque adeo misera-
 biliter affectum ut multos annos consurgere e sella nequi-
 verit; minamque quotidie in cibos consumere, ut ipse in
 epistola ad Leontium scribit atque in ea quam ad My-
 tilenenses philosophos dedit. Congredique illi ac Metrodoro
 et scorta alia, Marmarium et Hædium et Erotium et Nici-
 dium. Atque in eis voluminibus quæ de Natura rerum
 scripsit triginta septem numero, pleraque eadem dicere
 contrariaque in ipsis quum aliis tum Nausiphani maxime
 scribere, atque ad verbum ita fere dicere : *At si quis alius
 erat ille parturiens jactantiam ab ore sophisticam,
 quemadmodum et alii complures ex mancipiorum nu-
 mero.* (8) Ipsumque Epicurum in epistolis de Nausiphane
 dicere : *Hæc adduxerunt illum in tantam animi insolentiam, ut me maledictis sugillaret vocitaretque se
 magistrum meum.* Pulmonem quoque ipsum et inductum
 et deceptorem et scortum vocabat; Platonis item sectatores
 Dionysii assentatores, Platonem quoque ipsum aureum;
 Aristotelem prodigum, qui patrimonio consumpto militas-
 set et medicamenta vendidisset; bajulum Protagoram et
 scribam Democriti, qui in vicis literas docuisset; Heracli-

ματα διδάσκειν· Ἡράκλειτόν τε κυκλήτην καὶ Δημόκριτον Ληρόκριτον καὶ Ἀντίδωρον Σαινίδωρον· τοὺς τε κυνικοὺς ἔχθροὺς τῆς Ἑλλάδος καὶ τοὺς διαλεκτικούς πολυφθονέροισι, Πύρρωνα δ' ἀμαθῆ καὶ ἀπαιδεύτων·
 5 (9) μεμῆνασι δ' οὗτοι. τῷ γὰρ ἀνδρὶ μάρτυρες ἰκανοὶ 5 τῆς ἀνυπερβλήτου πρὸς πάντας εὐγνωμοσύνης ἢ τε πατρὶς γαλακτικῆς εἰκόσι τιμήσασα οἷ τε φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὡς μὴδ' ἂν πόλεσιν θλαῖς μετρεῖσθαι δύνασθαι· οἷ τε γνώριμοι πάντες ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ
 10 σείρησι προσκατασχθέντες, πλὴν Μητροδώρου τοῦ Στρατονικέως πρὸς Καρνεάδην ἀπογορήσαντος, τάχα βαρυθρόνος ταῖς ἀνυπερβλήτοις αὐτοῦ χρηστότησιν· ἢ τε διαδοχῇ πασῶν σχεδὸν ἐκλιπουσῶν τῶν ἄλλων ἐσαεὶ διαμένουσα καὶ νηρίθιμος ἀρχῆς ἀπολύουσα
 15 ἄλλην ἐξ ἄλλης τῶν γνωρίμων· (10) ἢ τε πρὸς τοὺς γονεάς εὐχαριστία καὶ ἢ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εὐποιία πρὸς τε τοὺς οἰκέτας ἡμερότης, ὡς δῆλον καὶ τῶν διαθηκῶν αὐτοῦ καὶ ὅτι αὐτοὶ συνεπιδοσάφουν αὐτῷ, ὧν ἦν ἐνδοξότατος ὁ προειρημένος Μῦς· καθόλου δ' ἢ πρὸς
 20 πάντας αὐτοῦ φιλανθρωπία. τῆς μὲν γὰρ πρὸς θεοὺς δόσιότητος καὶ πρὸς πατρίδα φιλίας ἀλεκτος ἢ διάθεσις· ὑπερβολῇ γὰρ ἐπιεικίας οὐδὲ πολιτείας ἤψατο. καὶ χαλεπωτάτων δὲ καιρῶν κατασγόντων τηνικᾶδες τὴν Ἑλλάδα, αὐτῷ καταδιώωνι, δις ἢ τρίς τοὺς περὶ τὴν
 25 Ἰωνίαν τόπους διαδραμόντα πρὸς τοὺς φίλους, οἱ καὶ πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀπικουῶντο καὶ συνεβίου αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησι καὶ Ἀπολλόδορος· ὃν καὶ ὀρθόλογοντα μνῶν πρῆσθαι. (11) Διοκλῆς δ' ἐν τῇ
 30 τρίτῃ τῆς ἐπιδρομῆς φησιν εὐτελέστατα καὶ λιτότατα δαιτωμένους. « Κοτύλη γούν, φησίν, οἰνιδίου ἤρκοῦντο, τὸ δὲ πᾶν ὕδωρ ἦν αὐτοῖς ποτόν. » τὸν τ' Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν κοινὰ τὰ φίλων λέγοντα· ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον, [εἰ δ' ἀπίστων] οὐδὲ φίλων. αὐτὸς τε φησιν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὑδάτι μόνον ἀρκεῖσθαι καὶ ἄρτῳ λιτῷ. καί, « Πέμψον μοι τυροῦ, φησί, Κυθνίου, ἵν' ὅταν βούλωμαι πολυτελεύεσθαι δύνωμαι. » τοιοῦτος ἦν ὁ τὴν ἡδονὴν εἶναι τέλος δογματίζων, ὃν καὶ Ἀθήναιος δι' ἐπιγράμ-
 40 ματος οὕτως ὑμνεῖ·

(12) Ἀνθρώποι, μοχθεῖτε τὰ χεῖρονα καὶ διὰ κέρδος ἀπληστον νεικέων ἀρχετε καὶ πολέμων·
 τὰς φύσιος δ' ὁ πλοῦτος ὄρον τινὰ βαιὸν ἐπίσχει,
 αἱ δὲ κεναὶ κρίσιες τὰν ἀπέραντον ὁδόν.
 35 τοῦτο Νεοκλῆος πινυτὸν τέκος ἢ παρὰ Μουσεῶν ἔκλυεν ἢ Πυθοῦς ἐξ ἱερῶν τριπόδων.

εἰσόμεθα δὲ καὶ μᾶλλον προϊόντες ἐκ τε τῶν δογμάτων ἐκ τε τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. Μάλιστα δ' ἀπεδέχτο, 7 φησὶ Διοκλῆς, τῶν ἀρχαίων Ἀναξαγόραν, καίτοι ἐν τισὶν ἀντειρηκῶς αὐτῷ, καὶ Ἀρχέλαον τὸν Σωκράτους διδάσκαλον. ἐγύμναζε δὲ, φησί, τοὺς γνωρίμους καὶ διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα. (13) τοῦτον Ἀπολλόδορος ἐν Χρονικοῖς Νασιφάνους ἀνεῦσαι

DIOGENES.

tum quoque turbatores, Democritum Lerocritum (sive Nugarum iudicem) et Antidorum Sænidorum (sive Donis-blandientem); Cynicos inimicos Græciæ et dialecticos nimium invidios; Pyrrhonem quoque indoctum et imperitum appellabat. (9) Sed hi profecto insaniunt: namque viri hujus adversus quosvis incredibilis æquitatis testes sunt locupletes, patria quidem quæ status æreis illum honoravit, amici quoque tam multi, ut eos ne urbes quidem integræ capere sufficerent; familiares præterea omnes ac discipuli quos illius decretorum delinimenta occuparunt, præter unum Metrodorum Stratonicensem, qui ab illo se ad Carneadem contulit, cui forte gravis erat viri ineffabilis et immensa bonitas; illiusque scholæ perpetua successio, quæ ceteris ferme omnibus deficientibus sola persistit, perpetuis vicibus discipulis sibi invicem succedentibus; (10) summa præterea in parentes pietas atque præcipua in fratres beneficentia mansuetudoque in servos, quemadmodum et ex ejus testamento liquet et quod cum ipso illi una philosophati sunt, ex quibus clarissimus fuit is quem prædiximus Mus; omninoque ejus in omnes humanitas. Nam pietatis ejus in deos et caritatis in patriam inexplicabilis ratio est: per summam enim modestiam ad rempublicam accedere noluit. Et quum difficillima tempora tunc Græciam premerent, semper ibi perseveravit, bis aut fer solummodo in Ionice loca profectus ad amicos, qui ad illum undique conveniebant atque una cum illo in horto vivebant, ut ait etiam Apollodorus: quem et octoginta minis comparasset. (11) Porro Diocles in tertio Percursionis (philosophorum) libro illos ait vilissimis et simplicissimis cibis vitam egisse. *Parcissimo enim, inquit, vini poculo contenti erant, in universum autem aqua illis potus erat.* Nolebatur autem Epicurus sectatores suos in commune opes deponere, veluti Pythagoras, qui communia omnia amicorum dicebat: id quippe esse diffidentium, atque adeo non amicorum. Ipse quoque in Epistolis aqua tantum et simplici pane se contentum esse testatur. Item, *Mitte, inquit, mihi casei Cythni parvulum, ut quum epulari pretiosius voluero, possim.* Hujusmodi illius vita fuit qui voluptatem finem asserit, quem Athenæus quoque ita suo laudavit epigrammate:

(12) Quis furor, o cives, ut vos ob vile lucellum rixas et bellum sollicitetis atrox?
 nam natura opibus facile est contenta pusillis;
 contenta at nullis ambitio est opibus.
 Hoc Epicurus ait, dulces quem nempe Camœnae aut Pythūs tripodes edocuerunt sacri.

Intelligemus id manifestius in sequentibus ex dogmatibus et ex verbis ejus. Maxime vero, auctore Diocle, ex antiquis amplectebatur Anaxagoram, etsi in quibusdam illi contradixerit, et Archelaum Socratis magistrum. Exercebat, inquit, discipulos ut etiam memoriter tenerent ipsius scripta. (13) Hunc Apollodorus in Chronicois Nausiphanem

φῃσι καὶ Πραξιφάνους· αὐτὸς δ' οὐ φησιν, ἀλλ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ πρὸς Εὐρύλοχον ἐπιστολῇ. ἀλλ' οὐδὲ Λεύκιππόν τινα γεγενῆσθαι φησι φιλόσοφον οὐτ' αὐτὸς οὐθ' Ἐρμαρχος, ὃν ἐνίοι φασὶ καὶ Ἀπολλόδορος δ' Ἐπικούρειος διδάσκαλον Δημοκρίτου γεγενῆσθαι. Δημήτριος δέ φησιν ὁ Μάγνης καὶ Ξενοκράτους αὐτὸν ἀκοῦσαι. κέ- 8
χρηται δὲ λέξει κυρία κατὰ τῶν πραγμάτων, ἦν, ὅτι ἰδιωτικωτάτη ἐστίν, Ἀριστοφάνης δ' γραμματικὸς αἰτιᾶται. σαφῆς δ' ἦν οὕτως ὡς καὶ ἐν τῷ περὶ ῥητορικῆς ἀξιοῖ μηδὲν ἄλλο ἢ σαφηνεῖαν ἀσκεῖν. (14) καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἀντι τοῦ χαίρειν εὐ πράττειν καὶ σπουδαίους ζῆν. Ἀρίστων δέ φησιν ἐν τῷ Ἐπικούρου βίῳ τὸν Κανόνα γράψαι αὐτὸν ἐκ τοῦ Ναυσιφάνους Τρίποδος, οὗ καὶ ἀκοῦσαι φησιν αὐτόν, ἀλλὰ καὶ Παμφίλου τοῦ 15 Πλατωνικοῦ ἐν Σάμῳ. ἀρξασθαι τε φιλοσοφεῖν ἐτῶν ὑπάρχοντα δυοκαίδεκα, ἀφηγήσασθαι δὲ τῆς σχολῆς ἐτῶν ὄντα δύο πρὸς τοὺς τριάκοντα. ἐγεννήθη δέ, φησιν Ἀπολλόδορος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Σωσιγένους 20 ἀρχοντος μηνὸς Γαμηλιῶνος ἐβδόμη, ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτὰ. (15) ὑπάρχοντα δ' αὐτὸν ἐτῶν δύο καὶ τριάκοντα ἐν Μυτιλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ πρῶτον συστήσασθαι σχολὴν ἐπὶ ἔτη πέντε, εἴθ' οὕτως εἰς Ἀθήνας μεταθεῖν καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δευτέρον 25 ἔτος τῆς ἐβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοὺς ἐβδόμηκοντα. τὴν τε σχολὴν διαδέξασθαι Ἐρμαρχὸν Ἀγεμάρχου Μυτιληναίου. τελευτῆσαι δ' αὐτὸν λίθῳ τῶν οὖρων ἐπισχεθέντων, ὡς φησὶ καὶ Ἐρμαρχος ἐν 30 ἐπιστολαῖς, ἡμέρας νοσήσαντα τεσσαρεσκαίδεκα. ὅτε καὶ φησιν Ἐρμιππος ἐμβάντα αὐτὸν εἰς πύελον χαλκῆν κεκραμένην ὕδατι θερμῷ καὶ αἰτήσαντα ἄκρατον βροφῆσαι· (16) τοῖς τε φίλοις παραγγείλαντα τῶν δογμάτων μεμνήσθαι, οὕτω τελευτῆσαι. καὶ ἔστιν 35 ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτω·

Χαίρετε καὶ μέμνησθε τὰ δόγματα· τοῦτ' Ἐπικούρος ὕστατον εἶπε φίλοις οἷσιν ἀποφθίμενος·
θερμὴν ἐς πύελον γὰρ ἐσχέλυθε καὶ τὸν ἄκρητον ἔσπασεν, εἴτ' Αἰδὴν ψυχρὸν ἐσπάσατο.

οὗτος μὲν ὁ βίος τάνδρος, ἥδε δὲ ἡ τελευτή. Καὶ 40 οὗτος μὲν ὁ βίος τάνδρος, ἥδε δὲ ἡ τελευτή. Καὶ διέθετο ὧδε· « Κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἑαυτοῦ πάντα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους Βατῆθεν καὶ Τιμοκράτει Δημητρίῳ Ποταμίῳ κατὰ τὴν ἐν τῷ Μητρώῳ ἀναγεγραμμένην ἑκατέρῳ δόσιν, (17) ἐφ' ᾧ τε τὸν μὲν κῆπον 45 καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ παρέξουσιν Ἐρμαρχῷ Ἀγεμάρχου Μυτιληναίῳ καὶ τοῖς συμπιλοσοφοῦσιν αὐτῷ καὶ οἷς ἂν Ἐρμαρχος καταλίπη διαδόχοις τῆς φιλοσοφίας, ἐνδιατρίβειν κατὰ φιλοσοφίαν· καὶ αἰεὶ δὲ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἀφ' ἡμῶν, ὅπως ἂν συνδιασώσωσιν Ἀμυνομάχῳ 50 καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατόν τὴν ἐν τῷ κήπῳ διατρίβην παρακατατίθεμαι, τοῖς τ' αὐτῶν κληρονόμοις ἐν ᾧ ἂν τρόπῳ ἀσφαλέστατον ἦ, ὅπως ἂν κακῆνοι διατηροῖεν τὸν κῆπον καθάπερ καὶ αὐτοί, οἷς ἂν οἱ ἀφ' ἡμῶν

et Praxiphanes audisse tradit : verum ipse negat in Epistola ad Eurylochum et non nisi semet ipsum audisse dicit. Sed neque Leucippum aliquem philosophum fuisse ait aut ipse aut Hermarchus, quem Democriti fuisse præceptorem quum alii tradunt, tum etiam Apollodorus Epicureus. Ceterum Demetrius Magnes Xenocratis quoque eum auditorem fuisse asserit. Utitur autem in rebus vocabulis propriis, quæ quoniam nimis ab usu communi remota sunt, Aristophanes grammaticus culpat. Adeo autem dilucidus dictione fuit, ut in libro de Rhetorica nihil aliud quam perspicuitatem orationis studio querendam moneret. (14) Atque in epistolis ubi ceteri scribebant Gaudere, ipse Bene agere et Honeste vivere. Ariston auctor est in Vita Epicuri Normam illum descripsisse ex Nausiphani Tripode, cujus fuisse auditorem refert, ut etiam Pamphili Platonici in Samo. Philosopharique cœpisse duodecimum agentem ætatis annum, scholam vero obtinuisse trigesimo secundo ætatis anno. Natus est autem, inquit Apollodorus in Chronicis, centesimæ nonæ Olympiadis anno tertio, Sosigene archonte, mensis Gamelionis die septimo, septem annis post Platonis obitum. (15) Quum vero triginta duorum esset annorum, primum Mytilenis et Lampsaci scholam instituit annis quinque, ac deinde Athenas migravit, ubi diem obiit archonte anno secundo centesimæ vicesimæ septimæ Olympiadis archonte Pytharato, quum septuaginta et duos vitæ impletset annos. Successit illi in administratione scholæ Hermarchus Agemarchi filius Mytilenæus. Obiisse calculo urinæ exitum impediante Hermarchus in Epistolis ait, morbo quatuordecim diebus fatigatum. Quo etiam tempore tradit Hermippus descendisse illum in pelvim æream aquis calentibus plenam petiissequæ merum sibi ad sorbendum dari, (16) atque hortatum amicos ut ipsius decretorum memores essent, ita defecisse. Est etiam nostrum in eum epigramma hocce :

Hoc moriens caris Epicurus dixit amicis :
Dogmatis o memores usque valete mei !
Nam calidam ingressus pelvim prædulce meracum hausit, deinde subit algida regna Stygis.

Hæc viri vita, hic finis fuit. Testamentum quoque fecit tale : Mea omnia Amynomacho Philocratis filio Batwado, Timocratiq̄ue Demetrii filio Polamio secundum eam quæ in Metroo asservatur utrique factam donationem ; (17) ea conditione ut hortum quidem et quæ ad illum sunt Hermarcho Agemarchi filio Mytilenæo assignent, eisq̄ue qui cum illo una philosophantur et quibuscumq̄ philosophiæ successoribus illum reliquerit Hermarchus, ut in eo philosophiæ dare operam possint ; item omnibus philosophis qui a nostro nomine philosophi appellantur, ut una cum Amynomacho et Timocrate eam quæ in horto est scholam pro viribus conservent, depositi jure commendo, ipsorumq̄ue hereditibus, quo modo maxime ratum sit, ut ii quoque servandum curent hortum, quemadmodum et ipsi, quibus

φιλοσοφούντες παραδιδῶσι. τὴν δ' οἰκίαν τὴν ἐν
 Μελίτῃ παρεχέτωσαν Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης
 ἐνοικεῖν Ἑρμάρχῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ φιλοσοφούσιν,
 ἕως ἂν Ἑρμάρχος ζῇ. (18) ἐκ δὲ τῶν γινομένων
 6 προςόδων τῶν δεδομένων ἀφ' ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ
 Τιμοκράτῃ κατὰ τὸ δυνατόν μερίζεσθωσαν μεθ' Ἑρ-
 μάρχῳ σκοπούμενοι εἰς τε τὰ ἐναγίσματα τῷ τε πατρὶ
 καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἡμῖν εἰς τὴν εἰθι-
 σμένην ἀγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν ἐκάστου ἔτους τῇ προ-
 10 τέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος, ὡς καὶ εἰς τὴν γινομένην
 σύνοδον ἐκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούν-
 των ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου μνήμην
 κατατεταγμένην. συντελείτωσαν δὲ καὶ τὴν τῶν ἀδελ-
 φῶν ἡμέραν τοῦ Ποσειδῶνος καθάπερ καὶ ἡμεῖς· συν-
 15 τελείτωσαν δὲ καὶ τὴν Πολυαίνου τοῦ Μεταγεινιῶνος.
 (19) ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκρά-
 τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Μητροδώρου Ἐπικούρου καὶ τοῦ υἱοῦ
 τοῦ Πολυαίνου, φιλοσοφούντων αὐτῶν καὶ συζώντων
 μεθ' Ἑρμάρχῳ. ὡσαύτως δὲ τῆς θυγατρὸς τῆς Μη-
 20 τροδώρου τὴν ἐπιμέλειαν ποιείσθωσαν καὶ εἰς ἡλικίαν
 ἔλθοῦσαν ἐκδότησαν ᾧ ἂν Ἑρμάρχος ἐλθῆται τῶν
 φιλοσοφούντων μετ' αὐτοῦ, οὔσης αὐτῆς εὐτάκτου καὶ
 πειθαρχούσης Ἑρμάρχῳ. διδότησαν δ' Ἀμυνόμαχος
 καὶ Τιμοκράτης ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν ἡμῖν προςόδων
 25 εἰς τροφήν τούτοις ᾧ, τι ἂν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιδέ-
 χεσθαι δοκῇ σκοπούμενοις μεθ' Ἑρμάρχῳ. (20) ποιεί-
 σθωσαν δὲ μεθ' ἑαυτῶν καὶ Ἑρμάρχον κύριον τῶν
 προςόδων, ἵνα μετὰ τοῦ συγκαταγεγραχότος ἡμῖν ἐν
 φιλοσοφίᾳ καὶ καταλελειμμένου ἡγεμόνος τῶν συμφι-
 30 λοσοφούντων ἡμῖν ἕκαστα γίνηται. τὴν δὲ προῖκα τῷ
 θήλει παιδίῳ, ἐπειδὴν εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ, μερισάτωσαν
 Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης ὅσον ἂν ἐπιδέχῃται ἀπὸ
 τῶν ὑπαρχόντων ἀφαιρούντες μετὰ τῆς Ἑρμάρχου
 γνώμης. ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ Νικάνορος, καθάπερ
 35 καὶ ἡμεῖς, ἵν' ὅσοι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν χρεῖαν
 ἐν τοῖς ἰδίῳις παρεσχημένοι καὶ τὴν πᾶσαν οἰκειότητα
 ἐνδεδειγμένοι, συγκαταγεγράσκειν μεθ' ἡμῶν προσέλθοντο
 ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς κάθη-
 στήκωσιν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν δύσμαιν. (21) δοῦναι δὲ
 40 τὰ βιβλία τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν πάντα Ἑρμάρχῳ. ἐὰν
 δέ τι τῶν ἀνθρωπίνων περὶ Ἑρμάρχον γίνηται πρὸ τοῦ
 τὰ Μητροδώρου παιδία εἰς ἡλικίαν ἔλθειν, δοῦναι
 Ἀμυνόμαχον καὶ Τιμοκράτην, ὅπως ἂν εὐτακτούτων
 αὐτῶν ἕκαστα γίνηται τῶν ἀναγκαίων κατὰ τὸ δυνα-
 45 τὸν ἀπὸ τῶν καταλελειμμένων ὑφ' ἡμῶν προςόδων. καὶ
 τῶν λοιπῶν ἀπάντων ὡς συντετέλαχμεν ἐπιμελείσθω-
 σαν, ὅπως δὴ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἕκαστα γίνηται.
 ἀφίημι δὲ τῶν παιδῶν ἐλευθέρων Μῦν, Νικίαν, Λύ-
 κωνα· ἀφίημι δὲ καὶ Φαίδριον ἐλευθέραν. »

60 22. Ἡδὲ δὲ τελευτῶν γράφει πρὸς Ἰδομενέα τήνδ'
 ἐπιστολήν·

« Τὴν μακαρίαν ἀγοντες καὶ ἄμα τελευταίαν ἡμέ-
 ραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτή. στραγγουρία τε
 παρχολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ

perfecti a nobis philosophi tradituri sunt. Porro do-
num quæ est in Melite dabunt Amynomachus et Timo-
crates Hermarcho inhabitandam, unaque iis qui cum
ipso philosophantur, quam diu Hermarchus vixerit
 (18) *Reditus autem earum rerum quæ a nobis legatæ sunt*
Amynomacho et Timocrati, quantum fieri possit parti-
untur adhibito in consilium Hermarcho, eosque impen-
dant inferiis parentum et fratrum, item nobis ut aga-
tur natalis noster prouti consuevit, quotannis ipso die
decimo mensis Gamelionis, uti etiam conventui solenni
eorum qui nobiscum philosophantur cuiusque mensis
vigesima die in nostram et Metrodori memoriam consti-
tuto. Curent quoque diem fratrum Posideone, sicuti et
nos facimus; insuper curæ habeant diem Polyeni Me-
tagitnione. (19) Curæ autem sit Amynomacho et Timo-
crati Metrodori filium Epicurum filiumque Polyeni
educare, dum philosophantur et cum Hermarcho de-
gunt. Similiter et Metrodori filiarum curam habeant et
quum ad ætatem pervenerit, tradant eam viro quem-
cumque elegerit Hermarchus ex iis qui secum philoso-
phantur, si modo illa modesta sit et pareat Hermar-
cho. Dent autem Amynomachus et Timocrates ex re-
ditibus nostris in cibum his annis singulis quodcumque
commode fieri posse videbitur, id cum Hermarcho deli-
berantibus. (20) Faciant item secum redituum domi-
num Hermarchum, ut ex ejus consilio qui nobiscum
consenuit in philosophia princepsque relictus est nostræ
scholæ, fiant singula. Dotem vero puellæ, quum ad
annos nubiles venerit, impartiantur. Amynomachus et
Timocrates ex opibus nostris auferentes quantum eis sa-
tis esse videbitur communicato cum Hermarcho consilio
Curam item habeant Nicanoris quemadmodum et nos,
ut quicumque nobiscum philosophati sunt atque suis se
rebus facultatibusque nobis commodarunt omnemque
familiaritatem ostendentes nobiscum in philosophiæ
studiis consenuerunt, pro viribus et modulo opum no-
strarum nullius rei quæ ad victum necessaria est egentes
sint. (21) Libros autem omnes nostros Hermarcho tra-
dant. Quodsi quid humanum Hermarcho contigerit
priusquam Metrodori liberi ad ætatem perveniant,
curæ sit Amynomacho et Timocrati, ut, si modeste vi-
vant, accipiant quæcumque illis erunt necessaria, quan-
tum fieri poterit, ex relictis a nobis relictibus. Curam-
que ceterarum rerum omnium, ut a nobis institutum
est, agant, ut singula quantum fieri potest fiant. Ex
servis autem liberos dimitto Murem, Niciam et Lyco-
nem; Phædrium item dimitto liberam.

22. Jam vero moriens scribit ad Idomeum epistolam
 hujusmodi :

Quum autem ageremus vitæ beatum et eundem supre-
 mum diem, scribebamur vobis hæc. Tanti morbi ad-
 erant vesicæ et viscerum, ut nihil ad eorum magni-

ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. ἀντιπαρετά-
 τετο δὲ πᾶσι τοῦτοις τὸ κατὰ ψυχὴν γαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν
 γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμη. σὺ δ' ἀξίως τῆς
 ἐκ μεираκίου παραστάσεως πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν
 5 ἐπιμελοῦ τῶν παιδῶν Μητροδώρου. »

Καὶ διέθετο μὲν ὧδε. Μαθητὰς δ' ἔσχε πολλοὺς I
 μὲν, σφόδρα δ' ἐλλογίμους * Ἀθηναῖον καὶ Τιμοκρά-
 την καὶ Μητροδώρον Λαμφακηνόν, δς ἀφ' οὗ τὸν ἄνδρα
 ἔγνω οὐκ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ πλὴν ἕξ μηνῶν εἰς τὴν
 10 οἰκείαν, ἔπειτ' ἐπανῆλθε. (23) γέγονε δ' ἀγαθὸς πάντα,
 καθάκα' Ἐπίκουρος ἐν * προηγουμένας γράφει μαρτυ-
 ρεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ Τιμοκράτει. τοιοῦτος δ' ὢν
 καὶ τῆν ἀδελφὴν Βατίδα ἐξέδοτο Ἰδομενεὶ καὶ Λεόντιον
 τὴν Ἀττικὴν ἐταίραν ἀναλαθὼν εἶγε παλλακὴν. ἦν δὲ
 15 καὶ ἀκατάπληκτος πρὸς τε τὰς ὀφλήσεις καὶ τὸν θάνα-
 τον, ὡς Ἐπίκουρος ἐν τῷ πρώτῳ Μητροδώρῳ φησί.
 φασὶ δὲ καὶ πρὸ ἐπτά ἐτῶν αὐτοῦ τελευτῆσαι πεντηχο-
 στὸν τρίτον ἔτος ἄγοντα. καὶ αὐτὸς Ἐπίκουρος ἐν
 ταῖς προειρημέναις διαθήκαις, ὡς προαποθανόντος αὐ-
 20 τοῦ θλονότι, ἐπισκήπτει περὶ τῆς ἐπιμελείας αὐτοῦ
 τῶν παιδῶν. ἔσχε δὲ καὶ τὸν προειρημένον οἰκειὸν
 τινα, ἀδελφὸν τοῦ Μητροδώρου Τιμοκράτην. (24)
 βιβλία δ' ἐστὶ τοῦ Μητροδώρου τὰδε· πρὸς τοὺς ἰατροὺς
 τρία, περὶ αἰσθήσεων, πρὸς Τιμοκράτην, περὶ μεγα-
 25 λοφυχίας, περὶ τῆς Ἐπικούρου ἀρρωστίας, πρὸς τοὺς
 διαλεκτικούς, πρὸς τοὺς σοφιστὰς ἑννέα, περὶ τῆς ἐπὶ
 σοφίαν πορείας, περὶ τῆς μεταβολῆς, περὶ πλούτου,
 πρὸς Δημοκρίτον, περὶ εὐγενείας. ἦν καὶ Πολύαινος I 2
 Ἀθηναῖος Λαμφακηνὸς ἐπεικῆς καὶ φιλήκοος, ὡς οἱ
 30 περὶ Φιλόδημόν φασι. καὶ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν I 3
 Ἐρμαρχὸς Ἀγεμαρχοῦ Μυτιληναῖος ἀνὴρ, πατὴρ μὲν
 πένητος, τὰς δ' ἀρχὰς προσέχων ῥητορικοῖς. φέρεται
 καὶ τούτου βιβλία κάλλιστα τάδε· (25) ἐπιστολικά περὶ
 Ἐμπεδοκλέους εἴκοσι καὶ δύο, περὶ τῶν μαθημάτων,
 35 πρὸς Πλάτωνα, πρὸς Ἀριστοτέλην. ἔτελευτα δὲ·
 παραλύσει, γεγόμενος ἰκανὸς ἀνὴρ. Λεοντεύς τε Λαμ- I 4
 φακηνὸς ὁμοίως καὶ ἡ τούτου γυνὴ Θεμιστά, πρὸς ἡν I 5
 καὶ γέγραφεν ὁ Ἐπίκουρος ἔτι τε Κολώτης καὶ Ἰδο-
 μενεὺς καὶ αὐτοὶ Λαμφακηνοί. καὶ οὗτοι μὲν ἐλλόγι-
 40 μοι, ὧν ἦν καὶ Πολύστρατος ὁ διαδεξάμενος Ἐρμαρχ-
 ον, ὃν διεδέξατο Διονύσιος, ὃν Βασιλεῖδης. καὶ Ἀπολ-
 λόδωρος δ' ὁ κηποτύραννος γέγονεν ἐλλόγιμος, δς ὑπὲρ
 τὰ τετρακόσια συνέγραψε βιβλία· δύο τε Πτολεμαῖοι
 Ἀλεξανδρεῖς, ὅ τε μέλας καὶ ὁ λευκός. Ζήνων θ' ὁ
 45 Σιδώνιος ἀκροατῆς Ἀπολλοδώρου, πολυγράφος ἀνὴρ·
 (26) καὶ Δημήτριος ὁ ἐπικληθεὶς Λάκων, Διογένης θ' ὁ
 Ταρσεὺς ὁ τὰς ἐπιλέκτους σχολὰς συγγράψας, καὶ
 Ὠρίων καὶ ἄλλοι οὗς οἱ γήνησιοι Ἐπικούρειοι σοφιστὰς
 ἀποκαλοῦσιν. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι Ἐπίκουροι τρεῖς, I 6
 50 ὅ τε Λεοντέως υἱὸς καὶ Θεμιστάς, ἕτερος Μάγνης, τρί-
 τὸς ὀπλομάχος. Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκουρος I 7
 ὅς τε ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων· κύλινδροι
 μὲν γὰρ πρὸς τοὺς τριακοσίους εἰσί. γέγραπται δὲ
 μαρτύριον ἔξωθεν ἐν αὐτοῖς οὐδέν. ἀλλ' αὐτοῦ εἰσιν

tudinem posset accedere. Componebatur tamen cum
 his omnibus animi laetitia, quam capiebam ex mem-
 ria rationum inventorumque nostrorum. Sed tu, ut
 dignum est tua erga me et erga philosophiam voluntate
 ab adolescentulo suscepta, fac ut Metrodori tuare li-
 beros.

Hoc illius testamentum fuit. Habebat autem disci-
 pulos multos, eosque valde illustres, * Atheniensem et
 Timocratem et Metrodororum Lampsacenum, qui ex quo
 cognovit virum, ab eo nunquam discessit, nisi tantum sex
 menses quibus domum profectus denuo ad illum reversus
 est. (23) Fuit autem vir per omnia bonus, quemadmo-
 dum et Epicurus in * precedentibus scribit; attestatur
 autem et in tertio Timocrate. Hujusmodi autem quum
 esset, sororem etiam Batidem Idomeneo tradidit uxorem :
 Leontiumque Atticam meretricem assumptam pellicem ha-
 buit. Erat autem intrepidus adversus turbationes omnes
 atque mortem, sicut Epicurus in primo Metrodoro tradit.
 Aiunt vero etiam illum septem annis ante Epicurum obisse
 diem, quinquagesimum et tertium agentem ætatis annum.
 Et ipse autem Epicurus in testamento supra allato ipsius
 ut vita functi liberorum curam haberi mandat. Habuit
 autem et prædictum familiarem, Metrodori fratrem Timocra-
 tem. (24) Porro Metrodorus hos scripsit libros : ad medi-
 cos tres, de sensibus, ad Timocratem, de magnanimitate,
 de infirmitate Epicuri, adversus dialecticos, adversus sop-
 histas novem, de itinere ad sapientiam, de mutatione, de
 divitiis, adversus Democritum, de nobilitate. Fuit et
 Polyænus Athenodori filius Lampsacenus, modestus et
 audiendi studiosus, ut Philodemus ait. Successor item
 ejus Hermarchus Agemarchi filius, vir Mytilenæus, patre
 quidem paupere, principio autem oratorix deditus. Fe-
 runtur et hujus pulcherrima monumenta hæc : (25) Epi-
 stolica de Empedocle viginti duo, de disciplinis, adversus
 Platonem, adversus Aristotelem. Moritur autem tabe,
 15 vir factus satis illustris. Leonteus itidem Lampsacenus
 ejusque conjux Themista, ad quam etiam scripsit Epicu-
 rus; Colotes quoque et Idomeneus, et ipsi Lampsaceni.
 Atque isti quidem nobiles ex Epicuri ludo fuere, in
 quibus et Polystratus fuit successor Hermarchi, cui suc-
 cessit Dionysius, cui Basilides. Apollodorus quoque qui
 Horti-tyrannus dictus est, clarus fuit, qui ultra qua-
 dringenta volumina conscripsit; duo quoque Alexandrini
 Ptolemæi, niger atque albus; Zeno quoque Sidonius, Apo-
 lodori auditor, qui multa scripsit; (26) Demetrius etiam
 cognomento Lacon, Diogenesque Tarsensis, qui selectas
 conscripsit scholas, Orion item et alii quos ii qui germani
 Epicurei sunt sophistas appelliant. Erant autem et alii
 Epicuri tres, Leontei filius et Themistæ, alter Magnes, ter-
 20 tius pugil. Scripsit autem Epicurus longe plurima, adeo
 ut librorum multitudine cunctos superaret : volumina enim
 ad trecenta sunt, in quibus nullum extrinsecus quæsitum
 testimonium est, solisque referta sunt Epicuri sententiis.

Ἐπικούρου φωναί. ἐξήλου δ' αὐτὸν Χρύσιππος ἐν πολυγραφίᾳ, καθὰ φησι καὶ Καρνεάδης, παράσιτον αὐτὸν τῶν βιβλίων ἀποκαλῶν· εἰ γὰρ τι γράψαι ὁ Ἐπίκουρος, ἐφιλονείκει τοσοῦτον γράψαι ὁ Χρύσιππος. (27) καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις ταῦτα γέγραφε καὶ τὸ ἐπελθὼν καὶ ἀδιόρθωτα εἶχε τῷ ἐπιείεσθαι· καὶ τὰ μαρτύρια τοσαῦτά ἐστιν ὡς ἐκείνων μόνων γέμειν τὰ βιβλία, καθὰ καὶ παρὰ Ζήνωνι ἐστιν εὐρεῖν καὶ παρ' Ἀριστοτέλει. καὶ τὰ συγγράμματα μὲν Ἐπικούρου τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, ὧν τὰ βέλτιστα ἐστὶ τάδε· περὶ φύσεως ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, περὶ ἀτόμων καὶ κενοῦ, περὶ ἔρωτος, Ἐπιτομὴ τῶν πρὸς τοὺς φυσικούς, πρὸς τοὺς Μεγαρικούς διαπορίζαι, Κύρια δόξαι, περὶ αἰρέσεων καὶ φυγῶν, περὶ τέλους, περὶ κριτηρίου ἢ Κανῶν, Χαιρέδημος, περὶ θεῶν, περὶ δσιότητος, (28) Ἡγησιάνναξ, περὶ βίων δ', περὶ δικαιοπραγίας, Νεοκλῆς πρὸς Θεμισταν, Συμπόσιον, Εὐρύλοχος πρὸς Μητροδώρον, περὶ τοῦ ὄραν, περὶ τῆς ἐν τῇ ἀτόμῳ γωνίας, περὶ ἀφῆς, περὶ εἰμαρμένης, περὶ παθῶν δόξαι πρὸς Τιμοκράτην, Προγνωστικόν, Προτρεπτικόν, περὶ εἰδώλων, περὶ φαντασίας, Ἀριστόβουλος, περὶ μουσικῆς, περὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, περὶ δώρων καὶ χάριτος, Πολυμήδης, Τιμοκράτης γ', Μητροδώρος ε', Ἀντίδωρος β', περὶ νόσων δόξαι πρὸς Μίθραν, Καλλιστόλας, περὶ βασιλείας, Ἀναξιμένης, Ἐπιστολαί. Ἐπιτομὴν δ' αὐτῶν, εἰ δοκεῖ, ἐκθέσθαι πειράσομαι, τρεῖς ἐπιστολάς αὐτοῦ παραθέμενος, ἐν αἷς πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἐπέτεμε· (29) θῆσομαι δὲ καὶ τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας καὶ εἰ τι εἶδοξεν ἐκλογῆς ἄξιον ἀπεφθέγγεσθαι, ὥστε σὲ πανταχόθεν καταμαθεῖν τὸν ἄνδρα καμὲ κρίνειν εἰδέναι. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐπιστολὴν γράφει πρὸς Ἡρόδοτον περὶ τῶν φυσικῶν· τὴν δευτέραν πρὸς Πυθοκλέα, ἥτις ἐστὶ περὶ μεταρσίων· τὴν τρίτην πρὸς Μενοικέα, ἐστὶ δ' ἐν αὐτῇ τὰ περὶ βίων. ἀρχαίον δ' ἀπὸ τῆς πρώτης, ὀλίγα προειπόντα περὶ τῆς διαιρέσεως τῆς κατ' αὐτὸν φιλοσοφίας. Διαιρεῖται τοίνυν εἰς τρία, τό τε κανονικὸν καὶ φυσικὸν καὶ ἠθικόν. (30) τὸ μὲν οὖν κανονικὸν ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχει καὶ ἐστιν ἐν ἐνὶ τῷ ἐπιγραφομένῳ Κανῶν, τὸ δὲ φυσικὸν τὴν περὶ φύσεως θεωρίαν [πᾶσαν] καὶ ἐστὶν ἐν ταῖς περὶ φύσεως βίβλοις ἑπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς κατὰ στοιχείον, τὸ δ' ἠθικὸν τὰ περὶ αἰρέσεως καὶ φυγῆς, ἐστὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς περὶ βίων βίβλοις καὶ ἐπιστολαῖς καὶ τῷ περὶ τέλους. εἰώθασι μὲντοι τὸ κανονικὸν ὁμοῦ τῷ φυσικῷ συντάττειν, καλοῦσι δ' αὐτὸ περὶ κριτηρίου καὶ ἀρχῆς καὶ στοιχειωτικόν· τὸ δὲ φυσικὸν περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ περὶ φύσεως· τὸ δ' ἠθικὸν περὶ αἰρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ περὶ βίων καὶ τέλους. (31) τὴν διαλεκτικὴν ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζουσιν· ὁ ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικούς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους. ἐν τοίνυν τῷ Κανόνι λέγων ἐστὶν ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις καὶ προλήψεις καὶ τὰ πάθη, οἳ δ' Ἐπικούρειοι καὶ τὰς

Æmulatus est iulum Chrysippus in librorum multitudine, sicut Carneades refert, parasitum illius librorum dicens : nam si quid Epicurus scriberet, tantumdem scribere et Chrysippus contendebat. (27) Atque ideo et sæpius eadem scriptis prodidit et quicquid in mentem veniret atque inemendata reliquit propter festinationem ; totque testimonia inserit, ut iis solis libri pleni esse videantur, quemadmodum et apud Zenonem et apud Aristotelem invenire in promptu est. Tam multa et tam præclara sunt Epicuri volumina, ex quibus ista vel optima sunt : de natura triginta et septem, de atomis et inani, de amore, Epitome eorum quæ adversus physicos scripta sunt, adversus Megarenses dubitationes, Rata sententiæ, de electione et fuga, de fine, de iudicio sive Regula, Chæredemus, de diis, de sanctitate, (28) Hegesianax, de vitis quattuor, de justo opere, Neocles ad Themistam, Symposium, Eurylochus ad Metrodorum, de videndo, de angulo in atomo, de tactu, de fato, de perturbationibus opiniones ad Timocratem, Prognosticon, Exhortatorius, de imaginibus, de phantasia, Aristobulus, de musica, de justitia et virtutibus reliquis, de donis et gratia, Polymedes, Timocrates tres, Metrodorus quinque, Antidorus duo, de morbis opiniones ad Mithram, Callistolas, de regno, Anaximenes, Epistolæ. Epitomen autem illorum operum, si videtur, conabor exponere, tribus ejus propositis epistolis, in quibus omnem philosophiam suam breviter collegit ; (29) ponam autem et ratas ipsius sententias et si quod memorabile dictum edidit, ut omni ex parte cujusmodi vir fuerit cognoscas, atque dijudicare possis. Primam igitur epistolam scribit ad Herodotum de rebus naturalibus ; secundam vero ad Pythoclem, quæ de cœlestibus corporibus est ; tertiam ad Menœceum : continet autem hæc quæ sunt de vita bene constituenda. Ordinandum igitur videtur a prima, quum prius pauca dixerimus de divisione philosophiæ secundum ipsum. Dividitur igitur in tres partes : Canonicam scilicet, Physicam et Ethicam. (30) Canonica igitur illa vel regularis accessum continet ad opus agiturque de illa in libro qui inscribitur Regula ; porro physica naturæ totam speculationem continet, de qua in libris de Natura triginta septem atque in epistolis per elementa disseritur ; ethica vero de appetendis et fugiendis disserit, quæ et in voluminibus de Vitæ et epistolis ac libro de Fine tractantur. Consueverunt autem canonicam naturali conjungere appellantque illam de iudicio et principio atque elementare ; naturale vero de generatione et corruptione et de natura ; denique moralem de iis quæ eligi vel vitari debent et de vita bene constituenda et de summo bono. (31) Enimvero dialecticam ut supervacaneam repudiant : posse enim physicos abunde simplicibus et propriis rerum vocabulis agere. Ait igitur Epicurus in Canone criteria veritatis esse sensus et anticipatones et affectus ; Epicurei præterea phantasticos intuitus mentis adjiciunt.

φανταστικάς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας. λέγει δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιτομῇ καὶ ἐν ταῖς κυρίαις δόξαις. « Πᾶσα γὰρ, φησίν, αἰσθησις ἀλογός ἐστι καὶ μνήμη οὐδὲ μιᾶς δεκτικὴ· οὐτε γὰρ οὐφ' αὐτῆς οὐθ' οὐφ' ἐτέρου κινήσεισα δύναται τι προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν οὐδ' ἐστὶ τὸ δυνάμενον αὐτὰς διελέγξαι. (32) οὔτε γὰρ ἡ δμοιογενὴς αἰσθησις τὴν δμοιογενῆ διὰ τὴν ἰσοσθένειαν, οὐθ' ἡ ἀνομοιογενὴς τὴν ἀνομοιογενῆ· οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν εἰσι κριτικά· οὐθ' ἡ ἐτέρα τὴν ἐτέρα· πάσαις γὰρ 10 προσέχουσι. οὔτε μὴν λόγος· πᾶς γὰρ λόγος ἀπὸ τῶν αἰσθησεων ἤρτηται. καὶ τὸ τὰ ἐπισθητάματα δ' ὑφεστάναι πιστοῦται τὴν τῶν αἰσθησεων ἀλήθειαν. ὑφέστηκε δὲ τὸ θ' ὄραϊν ἡμᾶς καὶ ἀκούειν ὡσπερ τὸ ἀλγεῖν· ὅθεν καὶ περὶ τῶν ἀδήλων ἀπὸ τῶν φαινομένων χρῆ 15 σημεῖοῦσθαι. καὶ γὰρ αἱ ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθησεων γεγονῶσι κατὰ τε περιπτώσιν καὶ ἀναλογίαν καὶ δμοιότητα καὶ σύνθεσιν, συμβαλλομένους τι καὶ τοῦ λογισμοῦ. τὰ τε τῶν μαινομένων φαντάσματα καὶ τὰ κατ' ὄναρ ἀληθῆ· κινεῖ γὰρ· τὸ δὲ μὴ ὄν οὐ κινεῖ. » (33) 20 τὴν δὲ πρόληψιν λέγουσιν οἷονε κατάληψιν ἢ δόξαν· ὀρθῆν ἢ ἐννοίαν ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τούτεστι μνήμην τοῦ πολλᾶκις ἐξῶθεν φανέντος, οἷον τὸ Ἰοιοῦτον ἐστὶν ἄνθρωπος· ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι ἄνθρωπος εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται 25 προηγουμένων τῶν αἰσθησεων. παντὶ οὖν ὀνόματι τὸ πρῶτως ὑποτεταγμένον ἐναργές ἐστι· καὶ οὐκ ἂν ἐζητήσαμεν τὸ ζητούμενον, εἰ μὴ πρότερον ἐγνώκειμεν αὐτό, οἷον Ἰὸ πόρρω ἐστὼς ἵππος ἐστὶν ἢ βοῦς· δεῖ γὰρ κατὰ πρόληψιν ἐγνωκέναι ποτὲ ἵππου καὶ βοός 30 μορφήν· οὐδ' ἂν ὀνομάσασθαι μὴ πρότερον αὐτοῦ κατὰ πρόληψιν τὸν τύπον μαθόντες. ἐναργεῖς οὖν εἰσὶν αἱ προλήψεις καὶ τὸ δόξατον ἀπὸ προτέρου τινὸς ἐναργόους ἤρτηται, ἐφ' ὃ ἀναφέροντες λέγομεν, οἷον Πόθεν ἴσμεν εἰ τοῦτο ἐστὶν ἄνθρωπος; (34) τὴν δὲ δόξαν καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν. ἀληθῆ τέ φασι καὶ ψευδῆ 35 τυγχάνειν· ἂν μὲν γὰρ ἐπιμαρτυρῆται ἢ μὴ ἀντιμαρτυρῆται, ἀληθῆ εἶναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιμαρτυρῆται ἢ ἀντιμαρτυρῆται, ψευδῆ τυγχάνειν. ὅθεν τὸ προζέμενον εἰσῆχθη, οἷον τὸ πρᾶξεῖν καὶ ἐγγὺς γενέσθαι τῷ πύργῳ καὶ μαθεῖν ὅποιος ἐγγὺς φαίνεται. πάθη δὲ 40 λέγουσιν εἶναι δύο, ἡδονὴν καὶ ἀλγηδόναν, ἰστάμενα περὶ πᾶν ζῶον· καὶ τὴν μὲν οἰκτεῖον, τὴν δὲ ἀλλότριον· δι' ὧν κρίνεσθαι τὰς αἰρέσεις καὶ φυγάς. τῶν τε ζητήσεων εἶναι τὰς μὲν περὶ τῶν πραγμάτων, τὰς δὲ περὶ ψιλῆν τὴν φωνήν. καὶ ταῦτα δὲ περὶ τῆς διαίρεσεως 45 καὶ τοῦ κριτηρίου στοιχειωδῶς. ἀντίτερον δ' ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν.

Ἐπίκουρος Ἡρόδοτῳ εὖ πράττειν.

35. Τοῖς μὴ δυναμένοις, ὦ Ἡρόδοτε, ἕκαστα τῶν περὶ φύσεως ἡμῶν ἀναγεγραμμένων ἐξακριβοῦν μὴδὲ 60 τὰς μείζους τῶν συντεταγμένων βίβλους διαθερεῖν ἐπιτομὴν τῆς διλης παραματείας εἰς τὸ κατασχεῖν τῶν ὀλοσχερεστάτων δοξῶν τὴν μνήμην ἰκανῶς αὐτοῖς πα-

Dicit autem et in ea quam ad Herodotum scripsit Epitome atque in Ratis illis sententiis. *Omnis enim, inquit, sensus rationis est expers nulliusque memoriae capax: neque enim a se ipso neque ab altero motus potest aliquid adicere sive auferre, nec est quod ipsos possit arguere.* (32) *Nam neque similis sensus similem potest, quod par sit utriusque vis; neque dissimilis dissimilem, quippe qui non eandem rerum iudices sint; neque alter alterum; omnibus enim intendimus. At vero ne ratio quidem: namque omnis ratio e sensibus religata pendet. Eoque asseritur sensuum veritas, quod quae sensibus percepta sunt subsistant. Porro et videre nos et audire non secus ac dolere subsistit: quocirca et de incertis oportet ab iis quae apparent signa colligere. Namque et cognitiones omnes a sensibus manant secundum incidentiam et proportionem et similitudinem et compositionem, cooperante aliquid etiam ratiocinatione. Insanorumque imaginationes et visa atque insomnia vera sunt: movent enim; non autem movet quod non est.* (33) *Ceterum anticipationem dicunt veluti comprehensionem sive opinionem rectam sive cogitationem sive universalem intelligentiam insitam, id est memoriam ejus rei quae saepe extrinsecus apparuit, puta Ejusmodi homo est: simul enim atque homo nominatur, continuo per anticipationem forma etiam illius intelligitur praecedentibus ac ducibus sensibus. Omni igitur nomini quod primum subjectum est, manifestum est: neque enim profecto quaereremus quod inquirimus, nisi prius illud novissemus, verbi gratia, Quod procul abest equusne an bos est? oportet enim per anticipationem cognovisse aliquando equi et bovis formam: nec vero quidquam nominare, nisi prius per anticipationem illius formam cognovissemus.* Evidentes sunt igitur anticipationes, quodque opinabile est a priori evidenti aliquo pendet, ad quod illud referentes loquimur, puta Unde novimus an sit istud homo? (34) *Opinionem vero appellant etiam suspitionem. Veramque esse et falsam dicunt: nam si quidem testimonio confirmetur vel testimonio non oppugnetur, veram esse; sin non confirmetur testimonio vel testimonio oppugnetur, falsam. Unde etiam introductum est id quod attestationem expectans dicimus, ut expectare et prope turrin accedere et discere qualis prope videatur. Perturbationes autem esse duas dicunt, voluptatem et dolorem, quae in omne animal cadant: ex his alteram propriam, alteram alienam esse, perque eas judicari electiones et evitationes. Quaestionum alias esse de rebus, alias circa simplicem versari vocem. Atque ista de divisione ac criterio summatim dicta sunt.* Redundum jam ad epistolam quam diximus.

Epicurus Herodoto bene agere.

35. *Iis qui nequeunt, o Herodote, singula quae a nobis de natura scripta sunt penilius exquirere neque majores a nobis compositos libros perscrutari, his ego compendium totius operis feci, quantum satis esse putavi ad universorum placitorum memoriam retinendam,*

ρεσκέυασα, ἵνα παρ' ἐκάστους τῶν καιρῶν ἐν τοῖς κυ-
 ριωτάτοις βοηθεῖ αὐτοῖς δύνωνται, καθ' ὅσον ἂν ἐφά-
 πτωνται τῆς περὶ φύσεως θεωρίας. καὶ τοὺς προβε-
 θηκότας δ' ἱκανῶς ἐν τῇ τῶν ὄλων ἐπιβλέψει τῶν
 5 τύπων τῆς ὅλης πραγματείας τῶν κατεστοιχειωμένων
 δεῖ μνημονεύειν· τῆς γὰρ ἀθρόας ἐπιβολῆς πυκνὸν
 δεόμεθα, τῆς δὲ κατὰ μέρος οὐχ ὁμοίως. (36) βαδι-
 στέον μὲν οὖν καὶ ἐπέκεινα συνεχῶς καὶ ἐν τῇ μνήμη
 τοσοῦτον ποιητέον ἀφ' οὗ ἢ τε κυριωτάτη ἐπιβολὴ ἐπὶ
 10 τὰ πράγματα· ἔσται καὶ δὴ καὶ τὸ κατὰ μέρος ἀκριβέωσα
 πᾶν ἐξευρεθήσεται, τῶν ὀλοσχερσεσάτων τύπων ἐμπε-
 ριελιμημένων καὶ μνημονευομένων καὶ πρὸς ἀπλᾶ
 στοιχειώματα καὶ φωνᾶς συναγομένων· ἐπεὶ καὶ τοῦ
 τετελεσιουργημένου καὶ πάντως ἠκριβωμένου τοῦτο
 15 κυριώτατον γίνεται τὸ ταῖς ἐπιβολαῖς ὀξείως δύνασθαι
 χρῆσθαι. οὐ γὰρ οἷον τε τὸ πύκνωμα τῆς συνεχοῦς
 τῶν ὄλων περιουσίας εἰδέναι μὴ δυνάμενον διὰ βραχυῶν
 φωνῶν ἅπαν ἐμπεριλαβεῖν ἐν αὐτῷ τὸ κατὰ μέρος ἂν
 ἐξακριβωθῆν. (37) ὅθεν δὴ πᾶσι χρησίμης οὐσης τοῖς
 20 ὀκλειωμένοις φυσιολογία τῆς τοιαύτης ὁδοῦ, παρεγ-
 γυῶντων συνεχῆς ἐνέργημα ἐν φυσιολογία καὶ τῷ τούτῳ
 μάλιστα· ἐγγαληνίζοντων βίω, ποιήσασθαι καὶ τοιαύτην
 τιν' ἐπιτομήν καὶ στοιχειῶσιν τῶν ὄλων δοξῶν. πρῶτον
 μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὧς Ἡρόδοτε,
 25 δεῖ διελιφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ζητούμενα
 ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ταῦτ' ἀνάγαντες ἐπικρι-
 νειν καὶ μὴ ἄκριτα πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀπο-
 δεικνύωσιν ἢ κενούς φθόγγους ἔχωμεν· (38) ἀνάγκη γὰρ
 τὸ πρῶτον ἐνόημα καθ' ἕκαστον φθόγγον βλέπεσθαι
 30 καὶ μὴθὲν ἀποδείξωσιν προσδεῖσθαι, εἴπερ ἔχομεν τὸ
 ζητούμενον ἢ ἀπορούμενον καὶ δοξαζόμενον ἐφ' ὃ ἀνά-
 ξομεν, εἴτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν καὶ
 ἀπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολὰς τῆς διανοίας εἴθ' ὅτι-
 δήποτε τῶν κριτηρίων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὑπάρχοντα
 35 πάθη, ὅπως ἂν καὶ τὸ προσμένον καὶ τὸ ἀδῆλον ἔχωμεν
 οἷς σημειωσόμεθα. ταῦτα δεῖ διαλαβόντας συνορᾶν
 ἢ δὴ περὶ τῶν ἀδῆλων, πρῶτον μὲν ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ
 τοῦ μὴ ὄντος· πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἂν, σπερ-
 μάτων γε οὐθὲν προσδεόμενον. (39) καὶ εἰ ἐφθείρετο
 40 δὲ τὸ ἀφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντ' ἂν ἀπωλόλει
 τὰ πράγματα, οὐκ ὄντων τῶν εἰς ἃ διελύετο. καὶ
 μὴν καὶ τὸ πᾶν αἰ τοιοῦτον ἦν οἷον νῦν ἔστι καὶ αἰ
 τοιοῦτον ἔσται· οὐθὲν γὰρ ἔστιν εἰς ὃ μεταβάλλει.
 παρὰ γὰρ τὸ πᾶν οὐθὲν ἔστιν ὃ ἂν εἰσελθὸν εἰς αὐτὸ
 45 τὴν μεταβολὴν ποιήσαιτο. (Ἄλλὰ μὴν [καὶ] τοῦτο καὶ
 ἐν τῇ μεγάλῃ ἐπιτομῇ φησὶ κατ' ἀρχὴν καὶ ἐν τῇ πρώτῃ
 περὶ φύσεως.) τὸ πᾶν ἔστι σώμα· τὰ μὲν γὰρ σώ-
 ματα ὡς ἔστιν αὐτὴ ἢ αἰσθησις ἐπὶ πάντων μαρτυρεῖ,
 50 (ὡς περ προείπον τὸ πρόσθεν). (40) εἰ γὰρ μὴ ἦν ὃ
 κενὸν καὶ χῶραν καὶ ἀναφῆ φύσιν ὀνομάζομεν, οὐκ ἂν
 εἶχε τὰ σώματα ὅπου ἦν οὐδὲ δι' οὗ ἐκινεῖτο, καθάπερ
 φαίνεται κινούμενα. παρὰ δὲ ταῦτα οὐθὲν ἐπινοηθῆναι
 δύναται οὔτε περιληπτῶς οὔτε ἀναλόγως τοῖς περιλη-

*ut quovis tempore in iis quæ sunt maxime rata, sibi
 opem ferre possint, in quantum arripuerint nature
 speculationem. Quin eos etiam qui jam satis in con-
 templatione universorum progressi sunt, formas totius
 operis elementis quasi informatas oportet in memoria
 habere: nam universorum notitia crebro indigemus,
 singulorum non ita. (36) Pergendum igitur etiam ultra
 frequenter est in memoriaque tantum tenendum, ex
 quo quum ratus maxime intuitus rerum fiat, tum
 vero particularium rerum diligens cognitio reperitur
 omnis, dum quæ sunt maxime universa, forma compre-
 hensa memoria tenentur atque ad simplicia elementa
 ac voces revocantur: nam ejus qui perfectus est omnique
 ex parte exacta doctrina excolitus, id maxime prop-
 rium est ut notitiis suis celeriter uti possit. Neque
 enim fieri potest ut confertam multitudinem continue
 universorum pertractationis sciat is qui non possit pau-
 cis vocibus totum in se ipso complecti illud quod per
 partes diligenter explicatum fuerit. (37) Unde quum
 omnibus perutilis sit qui sint familiarius dediti nature
 studio hujusmodi ratio, eorum est qui commendat as-
 siduum opus in physiologia atque in ea maxime acquie-
 scunt vita, conficere hujusmodi aliquid compendium ac
 veluti summam opinionum omnium. Primum igitur, o
 Herodote, quæ subjecta sunt vocibus oportet compre-
 hendere, ut ea quæ opinamur sive querimus sive de
 quibus ambigimus ad ea referentes judicare possimus,
 et ne indiscreta omnia nobis in infinitum demonstrent,
 sive inanes voces habeamus: (38) necesse est enim pri-
 mam notionem secundum unamquamque dispici vocem,
 nihilque probatione indigere, si quidem habebimus que-
 situm vel dubitatum vel opinatum ad quod referamus;
 sive secundum sensus observare omnia oportet ac sim-
 pliciter præsentem intuitus mentis, sive secundum quod-
 vis criteriorum. Eadem ratione etiam perturbationes
 quæ adsunt, ut habeamus quibus et expectans et in-
 certum simus notaturi. Hæc autem ubi perceiverimus,
 de incertis jam videre opus est, primum quidem quod
 nihil fit ex eo quod non est: omnia enim ex omnibus
 fierent, seminibus nihil indigentia. (39) Sed et si quod
 occidit interiret in id quod non est, res omnes interiis-
 sent, quum ea non essent in quæ dissolverentur. Atqui
 universum hujusmodi semper fuit quale nunc est, sem-
 perque tale erit: nihil est enim in quod mutari possit.
